

PROGRAMM

DES

KOENIGLICHEN KATHOLISCHEN GYMNASIUMS

IN

BRAUNSBERG

FÜR DAS SCHULJAHR 1843 – 1844.

Voran gedruckt ist eine Abhandlung des Herrn Oberlehrers Lingnau: de verbalibus quibusdam dubiae originis nominibus in men et mentum exeuntibus disceptatio altera.

Braunsberg,
gedruckt bei C. A. Heyne.
1845.




Stadtbibliothek
Thorn

De verbalibus quibusdam dubiae originis nominibus in men et mentum exeuntibus disceptatio altera.

Adeo nobis Etymologis gloriari licet quod Sirenibus.
Ἴσμεν ψευδέα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισι ὁμοῖα.
Lobeck Pathologiae.

Omnem praefandi pompam inanemque verborum ostentationem et splendorem abhorrens illud modo monitos velim benevolos lectores et severos rerum judices, secum, priusquam judicium ferant, reputent, puerorum atque imberbium adulescentulorum magistris praeceptoribusque et temerariae juventae rectoribus moderatoribusque, varia multiplicique occupatione distentis ad reconditiores litterarum fontes perraro patere aditus. Quid igitur mirum, si, quae aliis perpetuae ingenii sunt exercitationes et assidua mentis curricula, nos minus cognita et perspecta habere videamur? Subsecivis enim vix temporibus illa nobis curare licet, quae, ut et fessos scholasticis exercitiis relaxemus animos et unde ad tantas contentiones reficiantur vires, eo majore facimus studio et ardore, ne vel his ipsis horis a nobis cessatum esse quis putet.

Ea, quam nuper institui „de origine et natura terminationis nominum in men et mentum exeuntium" disceptatione, ea sola numerando percensui verbalia, quorum species ob mutatas, demptas, corruptas stirpis litteras, prorsus novam induerat formam, quae diligentiorem saepius singularum litterarum investigationem et dispositionem requirebat, quo facilius verum derivati nominis ἔτυμον patefactum detegeretur atque propositis documentis approbaretur. Relinquebantur vero hujus generis plura, quorum origo aut tanta obscurata jacet caligine, quam nullo unquam lumine dissipatum iri desperamus, aut quorum ortus judicio virorum doctorum parum aptis stabilitus videtur argumentis.

Quis enim unquam ad liquidum nos edocebit, unde profluxerit et in coetum horum nominum se insinuaverit vocabulum elementum, cujus quidem tota effigies et partium dispositio exterior ea est, ut ex facie cognosci posse videatur; perpensis vero et accuratius examinatis singulis partibus, omnia quasi per manus dilabuntur neque ullis severioribus legibus vincienda disparent. Non mirum igitur quod elementum multum frustra habuit etymi indagatores, rem designans initialem, unde caetera quaeque inchoata ad majorem corporum succrescunt complexum. Nam certe metaphorica est vocis notio, qua singulae litterae, quibus verba adeoque omnis sermo humanus conficitur, dicuntur elementa. Atque nescio an alter quis prior ac saepius hac significatione illa usus sit voce, quam Lucretius,*) cui quidem ita complacita est, ut iisdem verbis compositum versum iterum atque saepius repetere non abnueret. De qua quum apud Horat. Sat. I. 26 „ut pueris olim dant crustula blandi Doctores elementa velint ut discere prima“ Heindorfius judicium ferret, nescio an magis acute quam jocose conjecturam fecerit: Latinos fortasse ut nos dicimus das Abc aut alphabet, aliis e medio sumtis atque compositis litteris additaque, qua finiret syllaba vocabulum, finxisse elementa. Quodsi esset factum profecto haud tam facile ad designanda omnium rerum initia et primordia transferri potuisset. Duabus vero, quae stirpis restant syllabis ĕlĕ ad examen vocatis, vix reperiri posse puto verbum, quo referas alteram vocabuli partem, quae toti inservit formando. Facta cum hujus similibus comparatione v. g. examen ab exigere et subtemen ab subtexere, verbi eligere forma et significatio non admodum abhorret ab iis, quae significantur vocabulo elementis. Quippe electae quaedam sunt particulae, quae tanquam stamina rerum primordia complectantur. Syllabarum vero ĕlĕ quantitas prorsus illi derivationi refragatur, quippe quarum altera praepositionis ē longa sit, altera longa esse debeat, siquidem sequatur analogiam, quam omnia illa verbalia secuta videmus. Quae enim stirpis retinetur vocalis, nulla data exceptione, longa est,**) iis modo correptis, quae intercedentes aut faciliorem reddunt formationem, ut integŭmen, regĭmen, aut solae pandunt viam, quam ingressis hoc genus verbalium confingi licuit vocabulorum artellionibus, ut alĭmentum, monŭmentum, sedĭmentum, specĭmen.***) Quid enim autoritatis dandum sit epicis poëtis me felicius docuerit Dr. J. K. Koene, qui quidem tantum iis concesserit licentiae, quantum haud scio an semper iis licuerit libueritve. Quod vero Doederlein †)

*) Lucretius I, 817 II, 687 Multa elementa vides multis communia verbis.
**) cf. Dr. J. N. Madwig lateinische Sprachlehre für Schüler p. 169, c.
***) Virgilii enim Georg. I, 74 Unde prius laetum siliqua quassante „legūmen“ omnem evertit normam.
†) Lat. Synon. und Etymol. III. p. 210.

affirmat elementum (Nebenform von alimentum) eum ingeniosius quam verius praecepisse censeo. Desperato igitur vocis elementi etymo ad minus difficile expediendum me accingam et quid heterogeneo faciam Flamen et Flamina videro.

Quae quidem hucusque percensuimus hoc genus verbalia nonnisi neutrius esse generis vidimus, exceptis tribus illis armentum, ramentum, fulmentum, quibus iisdem ut foeminini generis armenta et ramenta usi sunt Livius Andronicus et Plautus poetae. Fulmenta a Catone solo R. R. 14 in usum recepta.

Quod vero trium generum speciem prae se ferret, ut et masculino genere flamen, et feminino genere flamina, et ut omni absolutum esset numero, neutro diceretur genero flamen, vix alterum ejus simile inveniri posse puto, nisi forte femur addideris, quod femen antiquitus dictum negavit quidem Charisius grammaticus*) I, 105, contra nitentibus ejusdem artis propugnatoribus Capr. apud Serv. ad Aen. X, 344 et 778 et Prisciano VI, 101 quamquam rarioris usus fuisse fatentibus. Neque a verisimilitudine abhorret pro teste relicta femina, quae forma locum obtinuit, altera relegata, recepto in recto casu femur,**) feminis contra frequentius dicto quam femoris. Caeterum verbum feo cui nullus datus est locus haud sterile est solum, quod quidem plures edidit foetus, femina, femur, fecundus, effetus.

Ne vero hic quasi per occasionem injunctum mihi negotium vitasse adeoque fugisse videar, quo usus vix aptius quis doceat nimiam horum verbalium propensionem atque inclinationem ultra suum propagandi genus, quae quasi per transennam praeteriens deprehendi verbalia feminini generis a verbalibus generis neutrius profusa, hic proponam et suo quodque in loco collocabo.

Ignominiam eodem quo nomen, cognomen, agnomen horumque similium natam esse loco facile quis vel non admonitus pro se ipse videat.

Quodsi huic vocabulo notione quidem affines simulque diversas, formatione vero cognatas, eadem intercedente littera m subjunxero voces contumelia et contamino, vix quidquam a re alienum fecisse convincar. Contamino cum examino conferri posse, contagio testis est, cujus communis stirps tango est.***) Quae differentia notionis statuenda sit inter ignominiam et contumeliam probare conatus est Herzog ad Caesaris B. C. I, 9 et I, 85.†) Quae vero originis intercedat cognatio inter contumelia et contamino hujus rei controversia haud facile dirimenda est.

---

*) Corpus Grammaticorum Lat. veter. Frid. Lindemann Tom. IV. p. 75.

**) Quid femen sit docuit F. G. Jentzen libr. differentiarum Ling. Lat.

***) Schmalfeld Synon. 210 Doederl. I, 45, II, 54 Ramshorn I, 359 Koene p. 180 Herzog Caesaris B. G. VII, 22.

†) cf. Jentzen 599. Doederl. III, 140. Schmalf. 485.

Quum alii contumelia a contemnere derivandum esse contendant, ego quidem contumeliam significatione propius accedere ad contamino affirmaverim. Inde vero ortam dubitationem judiciique diversitatem haud inepte dirimi posse puto, utriusque vocabuli ἔτυμον unum idemque esse affirmans, verbum tango.

Calumniam vero prorsus similem intendere conformationis rationem satis patet, licet interciderit aut nunquam extiterit, quem quasi genitorem et parentem ejus dixeris calumen. Casu nescio quo factum est, ut et huic voci quaedam infamandi inhaereat notio, quam vero vel originis diversitas variandam probaverit et cuique vocabulo suam atque propriam significationem vindicandam indicaverit. Neque defuerunt, qui paulo abhinc ultra decennium harum rerum curiosi vocabulorum differentiis diligentissimam navarent operam et singulari quadam ingenii acumine multorum verborum confusas et perturbatas notiones dispensandas et cuique vocabulo suam atque propriam significationem tribuendam curarent.*) Negari vero non potest, quin interdum nimio studio et ardore longius latiusque vagati nimis audaces omnes excesserint fines et saepius in syllabis et litteris aliarum linguarum sibi deprehendere visi sint, quae latinis in mentem venire non possent. In etymis vero vocabulorum enucleandis saepius in meliorem deducti fuissent viam, nisi omni neglecta formandi analogia, linguae ipsi omnem sui abrogassent rationem et naturam, quam sequebatur in conformandis vocabulis. Vocis vero calumniae ἔτυμον exsuscitantes, facta similium, unde procudi potuerint, verborum conquisitione, Ramshorn I, 229 obsoletum verbum calvere commendat, quod recipiens Schmalfeld p. 297 Anmerk. Non. et Isidoro auctoribus approbare est conatus, haud inepte argumentatus, frustrandi et desipiendi sensum, quem inesse verbo calvere illi contendunt grammatici, facile transferri potuisse in eam notionem, quam post calumniae inesse reperimus. Sed nescio cur non breviorem ingressi viam aptiori converterint mentem verbo, kalare quod quidem aeque obsoletum est, cujus vero et littera, quam in fronte gerit k et brevis vocalis ă et verbi significatio prorsus eadem est, quam prae se fert verbale nomen calumnia. Verbum calvere et calvus neque ob vocalis ambiguitatem facta cum nostro kahl comparatione satis apta esse videtur derivationi, neque ob altius repetitam significationem satis habile. Si vero quis opponat verbi kalare refragari primae classis a, certe hic secum non reputaverit, unde kalendas derivandas censeat et a verbo juvare profectum jumentum eadem prorsus ratione et via esse factum. Praeter haec alia quoque ad manus mihi sunt argumenta quibus probabilius reddam calumniam ab kalo quam calvo esse derivandam. Kalare significabat vocare, pronuntiare.

---

*) Doederlein lat. Synonim. und Etymol. Habicht Lexic. Ramshorn Synon. Jentzen liber differentiarum Lat. Ling. Schmalfeld lateinische Synon. Schulz et alii plures.

Ut igitur kalabant dies et civium in concionem convocandorum pronunciabant nomina, consilio rei propositae probo et accommodato, ita privati viri nomen saepius calando et inter homines proferendo, per fraudem et frustrationem additis una clam opprobriis, malam in partem trahebant, unde et qui malo consilio aliorum pronunciabant et proferebant nomina calumniatores fiebant et male habitis calumniae oriebantur. Nostrum ausſchreien i. e. male habiti nominis cujusdam maligna pronunciatio, eadem prorsus significatione adhiberi videtur. Si quis vero est cui minus placeat haec ex proximo petita argumentatio fortasse sibi persuadeat ex frequenti similium verbalium formatione. A pluribus enim verbis aut nominibus primitivis profecta sunt verbalia et denominalia, quae eadem intercedente et adjutrice littera m prorsus eadem ratione et via formarentur genere masculino et feminino, ut calumnia, cujus hic agitur causa. Non admodum magnus eorum est numerus.

Alumnus ex alo, cui cognata eidemque familiae adscripta alimentum, alimonium et ia et almus, a, um adjectivum.

Columnam haud disjungendam esse a columen, quod a colere non cellere*) derivandum approbavimus, per se patet.

Non minus quam augmen et augmentum ab augere formatum descendit verbale auctumnus.

A verto profluxit vertumnus et meliores hujus vocabuli Ling. Lat. sunt testes, quam ejus quod ad illius normam fingebatur a minus probatis auctoribus Volumnus et Volumna. Caetera quae extant denominalia ab hoc verbalium numero non sunt disjungenda Picumnum puto a picus, Pilumnum a pilum et Portumnum a portus, quibus antiquioribus populi Romani diis christianae fidei custodes addiderunt minus acceptum Vitumnum, qui propter mutatam a vocalem primae classis minus probabilis videtur, reliquis a nominibus secundae classis desumtis. Quo vero referamus Volscorum foederum commendatricem Voltumnam e T. Livio quidem vix conjiciemus.

Aerumna vero unde deducta inter sui similia stabilem obtinuerit locum, ignoro et qui tamquam contractam ex aegrimonia contendunt, audaciores dixerim etymi deprehensores. Verbalia quidem extant et masculini et feminini generis ante laudata alumnus, auctumnus, columna, quae falso affirmaveris contractione quadam facta ex alimonia etc. conficta, quorum quodque pro se ipsum procusum est suo more modoque, contra quod ad similitudinem vocis aerumnae ex aegrimonia sit conformatum, nullum ejus simile deprehenderis, quamvis non parvus horum denominalium sit numerus, quae argumenti loco hic apponam. Ab acer acrimonia, ab aeger

*) Fascicul. I. p. 10.

aegrimonia, a castus castimonia, a falsus falsimonia, a matrimus et patrimus matrimonium et patrimonium, a miser miserimonium, a sanctus sanctimonia, tristimonia a tristis nullum habet sui propugnatorem validiorem. A substantivis mercimonium a merx, moechimonium a moechus, testimonium a testis; a participiis parsimonia et ium, sessimonium. Praeter verbale alimonia sive alimonium, unum quantum equidem scio extat quaerimonia.

Ex omnibus his inter se maxime similibus licet diversae stirpis nullum deprehendas, quod formatum dicas instar aerumnae, ut voluit Doederl. IV. p. 420. Grotofendi usus auctoritate, reprobans antiquorum grammaticorum sententiam, qui graecum αἰρούμενα contenderunt ad Latinos esse a Graecis translatum. Vereor, ne celerius quam cautius illam diremerint controversiam inter antiquos grammaticos et recentes verborum judices, recentiora antiquioribus tamquam absoletis praeferentes.

Ne vero longius a proposito meo recessisse videar, unde profectus sum revertar et qua via et ratione de Flamine injecta quaestio expedienda sit, paucis absolvam verbis. Equidem flamen ex filamen contractum vix crediderim, quamvis pro testibus laudantur Varro LL. 4, 15 et Festus, quod capite velato erant semper et caput cinctum habebant filo, quasi filamines. Videtur sane res firmari Inscrript. apud Grut. 227, 6. „Divo Augusto Albinus Alb. F. filamen Divae August. provinciae Lusitaniae.“ Natura vero vocabuli perpensa vix fieri potuisse videtur, ut quae vocis praecipua esset pars, ejiceretur et tamen fili significatio servaretur, nullo vocabuli fili servato indicio. Syncope sane inaudita, quae nulla statuitur lingva, ut stirpis elidatur primaria pars, quin simul omnis tollatur et extingvatur vox.

Quod vero a flare derivatur flamen omnium illorum verbalium instar corporeum ῥηματικῆς significationis quasi complexum continet et pro vento ipso nonnisi a poëtis et plurali et singulari adhibetur numero. Quod vero ad sacerdotium, quo fungebantur flamines, attinet, non e filo nomen nactos esse verisimile est, quippe qui in obeundis muneribus et negotiis non filo sed velamine obvoluto capite res suas confecerunt et velamine illo circa caput eorum aëris impetu huc atque illuc commoto a re effecta Flamines dictos mihi persuasum est. Caeterum flamines plane intractabile epicis poëtis fuisse vocabulum pro teste est Virgilius Aen. VIII, 664, qui pro flaminibus poneret Lanigeros apices. cf. J. K. Koene Ueber die Sprache der röm. Epiker p. 122. Quod vero confinxit flamentum Fulg. Myth. praef. 1. nec unquam poëtis nec prosae scriptoribus cognita fuit vox.

Omen primo quidem adspectu vox dubii atque incerti etymi esse videtur. Natura vero ejus accuratius considerata et ipsius forma cum similibus sui generis com-

parata, nec dubii quidquam habere videtur, quo nos longius detineat, nec quo temerarios nos properantes detrudat pro veris falsa complexos. Eandem prae se fert generis naturam qua ejus similia, quibus a verbis profectis nominum augere contigit numerum, prorsus diversum ab iis, quae a nominibus ultra descendentibus profusa, denominata dixeris. Exiguum sane atque exile signum, quo stirpis ipsius admonearis eamque pro vera agnoscas magis anceps reddita est iis, quae nimis placuerunt a Cicerone tamquam etyma hujus vocis prodita. At neque nimis religiosum atque anxium vocabulorum etyma Ciceronem indagasse, neque, quum illud faceret, eo semper fecisse novimus consilio, quo similes res a grammaticis tractantur. Locus, ad quem Festus Frid. Lindemann Tom. II. pag. 114 „omen veluti oremen, quod fit ore augurium, quod non avibus aliovo modo fit et M. Ter. Varro de L. L. ed. Sprengel p. 375. Omen est omen turpe, quod unde dicitur osmen, s quod extritum" fortasse referendi sunt, apud Ciceronem legitur de Divinat. I, 45, 102: „Neque solum deorum voces Pythagorei observitarunt, sed etiam hominum, quae vocant omina. Quae majores nostri quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix fortunatumque esset, praefabantur."

Mirum quod adhuc bona fide omnes viri docti illud praeceptum complexi tamquam unicum verum et inconcussum retinuerint adeoque novis firmare argumentis conati sint. Et tamen similibus hoc genus in men inter se comparatis tantopere ab omni verisimilitudinis abhorret specie, ut tale quid opinari in mentem cuiquam venire potuisse non satis possimus mirari. Et nescio quis primus hujus rei testem fecerit Ciceronem.

Quodsi vero hac in re auctorem et testem Ciceronem nobis esse voluerimus, Romanos potius oculis a diis ipsis edita omina prospexisse, quam ab ore deorum missa auribus percepisse dixerimus. Ut enim in plerisque aliis rebus divinis Etruscos sollertes Romani haberent voluntatis deorum interpretes, neque propter disciplinae severitatem ipsorum moribus haud ingratos abnuerent praeceptores, quos trepidis in rebus arcesserent, eorum usuri consiliis, ita in sacris faciendis et mactandis victimis Romanos illorum exempla secutos esse ejus rei periti nobis facile probabunt. Etrusci vero eodem teste Cicerone de Divinat. I, 42, 93 „quod religione imbuti studiosius et crebrius hostias immolabant extorum cognitioni se maxime dederunt: quodque propter aëris crassitudinem de coelo apud eos multa fiebant et quod ob eandem causam multa inusitata partim ex coelo, alia ex terra oriebantur, quaedam etiam ex hominum pecudumve conceptu et satu, portentorum exercitatissimi interpretes extiterunt. Quorum quidem vim, ut tu soles dicere, verba ipsa prudenter a majoribus posita declarant.

Quin enim ostendunt, portendunt, monstrant, praedicant; ostenta, pertenta, monstra, prodigia dicuntur."

Quaerentibus quid inde me effecturum sperem libere jam profitebor, non justo tenacius eorum esse defendendam opinionem, qui Festi et Varronis secuti judicium omen quasi orimen dictum censuerint. Haud quidquam enim invenias, quod quandam illius sententiae praebeat verisimilitudinem, contra quae refragentur hujus vocabuli naturae plurima. Omni enim illud genus vocabulorum excussa copia, ne unum quidem eruas, quod substantivum nomen agnoscat stirpem, unde succreverit, omni simul deposita nota, qua in originis locum referatur. Nam quae apud Lucret. VI, 232 prostant lateramina, unde descendit retinuit r, satis cognoscibilem stirpis litteram. Minus vero grata vocabuli forma neque Lucretius iterum usus est neque cuiquam persvasit, ut in frequentiorem reciperetur usum. Quod vero Fest. p. 91. Müll. frugamentum tamquam a frugibus appellatum commemorat neque noscibile abjecit g, quod stirpis indicaret solum et interposita modo a littera, ut verbalium prae se ferret speciem, simili sui generis adornatum est forma. Nullum vero haec vox nacta est auctorem, qui tamquam melioris notae eam commendaret. Itaque haud facile mihi quis persvadeat omen quasi orimen esse dictum, quum dicatur carmen et germen, ascito etiam littera r, quae ante stirpi non inhaerebat et in aliis retenta sit, ut in termen sive terminus, ne impia recusaret parentem. Equidem omen non sejungam a verbalium numero, idque formatum contendam ut sarmentum et decermina et quod quasi ejus alterum exstat amentum. Negari enim non potest quin amentum nos admoneat verbi apto, aut si quis altius descendat ad graecum deducatur ἅμμα, ἅπτω. Cujus profecto habita ratione jam Festus praecepit „amenta, quibus, ut mitti possent, vinciuntur jacula sive solearum lora. Haud ampli usus vocabulum inter armorum apparatum in Graecorum παλαίστρᾳ ortum, inde vero contracta cum Romanis familiaritate Romam translatum et ab incolis hujus urbis inter proelia quodammodo natis et continuo in bello versatis cum novo fortasse armorum quodam genere receptum. Certe quidem J. Caesar, omnium acerrimus bellator, in commentariis de B. G. V, 45, quantum equidem scio primus hoc usus est vocabulo, quo nec Livius facile carebat et qui proelia carminibus celebrabant Virgilius, Ovidius, Silvius Italicus, cum re vocem suis inserebant versibus. Plinius vero XXXIV, 6, 14. aliam hac voce descripsit rem ab horrido alienam bello, almae pacis fautrice, arte progenitam. „Statua sedens soleisque sine amento insignis."

Jam vero instituta inter amentum et omen comparatione vix fieri potest, quin simili atque eadem prorsus ratione utrumque formatum conjiciamus. Ut ex apto amentum, ita sane ex apto omen et omentum et quod inde compositum est abdomen, nec insolita formandi ratione suspecta, nec adversante vocum significatione.

Quominus enim primariam statuamus vocabuli notionem videndi nec graecum renititur ὄμμα et ex inspectione victimarum immolatarum, oculorum quasi desiderio petita significasse verisimile est. Pluribus vero videndi, conspiciendi et hoc genus aliis confectis vocabulis, quibus res profanas oculorum visu obtuemur, omen inter sacrificandum oculis oblata significare coepit et huic sacro usui servatum proprium sacrae rei factum est vocabulum. Non vero optimis semper inter sacrificandum, quae sacra obferentes exoptabant, visis, sed his saepe contrariis, vox omen in utramque partem tracta et juxta secunda et bona omina, mala et infesta conspiciebantur. Hunc vero in usum vocabulo omine converso nihil jam obstitit, quominus ad significandas similes res transferretur et quaeque in suscipiendis rebus aut ad agendum excitare aut deterrere viderentur omina dicta et superstitiosis, viribus suis male fidis hominibus, a re qualibet omina venire visa. Ut vero voci omini metaphorica significatio indita, confinis sane, non eadem certe quae graeco inest ὄμματι, ita latinum in sermonem translatum opto (ὄπτω) quae corporis conspiciuntur oculis significare desiit et iis inservivit notandis, quae animi quasi oculis considerantur atque exoptantur. Quod si jam statuamus verbum opto tempore quidem prius in sermonem latinum fuisse transfusum, quam substantivum nomen omen, haud difficile erit probatu, nulla prorsus, qua a Graecis ejusmodi verbalia fingi solebant, habita ratione, Latinos proprio atque suo modo formasse omen et omentum. Ut enim eliso labiali p formabant a sarpere sarmentum et a decerpere decermina, ita una emisso dentali t ex apto amentum et ex opto omen et omentum ortum esse manifesto deprehenditur. Quî enim omentum significaverit membranam pingvem, qua intestina involvuntur atque omnes ventriculi pingviores partes, haud difficile intellectu erit ei, qui secum reputaverit, unde veteres ex oblatis victimis omina petiverint. Ad similes vero res transfusa hujus vocabuli significatione et adeps ipse et omnia viscera et quo ossa et cerebrum integuntur involucro, uno eodemque vocabulo dicere libuit.

Hanc non ingressos esse viam, qui vocis ominis investigarent etymon eo magis miror, quod et antiquiores v. g. Plinius epist. IV, 15 „Optamus enim tibi ominamurque in proximum annum consulatum" satis nota dicendi consvetudine, qua quasi cognatae inter se ejusdemque stirpis voces conjungi solent, rem digito quodammodo intendisse videntur et recentiores quum propius ad rem accederent, ut Schmalfeld p. 175, §. 272, qui amentum ab apere fortasse formatum putaret, analogiam horum vocabulorum non in consilium adhibuerint et inde conjecturam fecerint satis probabilem.

Ita feliciter, quantum equidem video, munita via et haud improbabili indicata ratione, qua sui similibus, explosa illa ex oremen contractione aut elisione

adgregari possit omen, simul succurrisse videmur vocabulo, quod certe inde compositum multifarie versavit eosque frustra habuit, qui de etymo vocabuli abdomen inquirentes non haberent, quo hujus vocis referrent radices. Qui transpositis simulque mutatis litteris tamquam ex adipomen formatum contenderunt abdomen, nec secum reputabant, se nullum habere alterum, quo uterentur argumento, nec facile tam solitariam destitui vocem, quae sui non invenerit similem. Equidem ex verbo abdo et omine compositum abdomen factum puto neque quemquam reperturum scio, quod tamquam significationi adversans opponat, aut in formando composito non defendendum dicat. Sunt sane perpauca composita, quorum prior pars a verbo incipiens alteram compositionis partem tamquam objectum tuetur. At neque in his a Graecis, quos in ejusmodi rebus secutos videmus plane destitutos eorum imitatos esse exempla testantur composita, ut flexanimus, verticordia, motacilla horumque similia.

Lamentum vix adsenserim Doederl. III, 150 seqq. docenti ex lacmento, ut jumentum ex jugmentum etc. esse formatum. Quantum vero alterum jugmentum a veritate abhorreat facsiculo I, §. 7. hujus rei me satis firmis probasse puto argumentis. Lamenti, quod haud facile singulari deprehendas numero, in lacio sane frustra quaeras radicem et in omnibus ejus similibus lacerare, lacessere, quae omnia a brevem habent, lamentum vero longam habet la quantitatem, quae derivato retinenda est vocalis nec unquam in illis verbalibus abjicitur. Onomatopoecion dixerim in miseria ejulantium a naturali sono la derivandum. Vix semel arrisit Virgilio Aen. IV, 667 Lamentis gemituque. Prosae vero orationis scriptoribus tam frequenti usu adhibitum est, ut Plin. X, 55, 76 et lamenta gallinarum noverit.

Haud minus exili initio profecta ad eandem exaucta sunt amplitudinem lomentum, fomentum et tomentum.

Lomentum a lotum inservisse lavando, quo rugae a cute tollerentur nobis Martialis III, 42 auctor est. Coel. vero ad Cicero. famil. VIII, 14 ,,persvasum est ei censuram lomentum aut nitrum esse; nam sordes eluere vult" metaphorice eo est usus et Plin. XXXIII, 13, 57 ut de coloris quodam genere loquitur a pictoribus lavando et terendo confecto coeruleo sane candidiore.

Fomentum qui quasi per syncopen pro fovimento dici praecipiunt certe in errorem ducunt omnes eos, qui ejusmodi syncopen tamquam in rerum natura positam credant, quae tamen nusquam extiterit: nec minus verbum foveo, quam nomen verbale fomentum quasi fundamento eodem nituntur syllaba radicali fo. Inter poëtas uni Horatio, quo non alter quis in tornandis versibus peritiorem se praestitit, ter

plurali forma hujus vocabuli usus est, nec novi, qui prosaicorum, quorum plures eo vocabulo usi sunt, singulari illud numero adhibuerint. Quum reliquis poëtis minus habile ipsorum usui videretur, tractabiliorem fomitem ejusdem stirpis et significationis in suum converterunt usum.

Tomentum imperatorum demum aetate, qua quidquid commoditatis excogitaverunt delicatiores Graeculi haud invitis offerebant Romanis, una cum re vocabuli quoque primariam partem dederunt mutuam, qua usi suo formabant more vocabulum tomentum, mutata vero, quae in graeco τομή brevis est, vocabuli o longam fecerunt.

Jam vero hic ad subsistendum revocor, ne, si extra eos cancellos, qui hujusmodi scriptionibus circumdantur, egressus videar, in eorum incurram reprehensiones, quibus aerarii cura demandata est, et qui justo atque aequo saepius, quum vel ad tenuem victum cultumque ex aerario pendenda sit pecunia, continuo nummorum saccos effusos conqueruntur.

J. F. Lingnau.

Schulnachrichten.

1843 – 1844.

I. Lehrverfassung.

In Sekunda und Tertia bestanden zwei Abtheilungen, welche nur in einigen Gegenständen zusammen unterrichtet wurden; in Prima war blos der latein. Styl und zum Theil die Mathematik getrennt. Ordinarien waren: in Prima Professor Biester, in Obersekunda Hr. Oberlehrer Dr. Lilienthal, in Untersekunda Hr. Oberlehrer Dr. Bumke, in Obertertia Hr. Oberlehrer Lingnau, in Untertertia Hr. Oberlehrer Dr. Saage, in Quarta Hr. Schulamts-Kandidat Lilienthal, in Quinta Hr. Hülfslehrer Brandenburg, in Sexta Hr. Oberlehrer Braun.

Prima.

Deutsch. Aus der Poetik die dramatische Poesie; Litteraturgeschichte von Anfang bis zu den Meistersängern; Aufsätze. 3.*) Hr. Dir. Gerlach. — Latein. Horaz ausgewählte Oden und Episteln des 1. Buchs. 2 St. Hr. Dir. Gerlach. Cic. de oratore, I. und II, in 3 St. Prof. Biester. Latein. Styl- und Sprechübungen. A. 3. Hr. O. L. Lingnau. B. 3. Hr. O. L. Braun. — Griechisch. Sophocl. Electra. 2. Hr. Dir. Gerlach. Hom. Ilias III — V. Plato Apol. Socr. et Crito, und Uebersetzen aus dem Latein in's Griech. nach Blume's Anleit. 4. Prof. Biester. — Hebräisch. Exod. I — XVII. 2. Derselbe. — Französisch. Montesquieu considérations etc.

*) Die Ziffer hinter den Lehrgegenständen bezeichnet die wöchentliche Stundenzahl.

Extemporalien. 2. Derselbe. — Religion. a. Für die katholischen Schüler. Erklärung der Epistel an die Römer im Grundtext, Kirchengeschichte. 2. Hr. Religionslehrer Augusthat. b. Für die evangelischen Schüler. Kirchengeschichte bis zur Reformation. Die Briefe S. Johannis im Urtext gelesen. 2. Hr. Pfarrer Bock. — Mathematik. A. (Selecta) Kettenbruch, Combinationen, binom. Lehrsatz, höhere Gleichungen. 1 St.; B. Stereometrie, 1 St.; A. und B. zusammen Trigonometrie und geometrische Aufgaben. 2. Hr. Dr. Lilienthal. — Geschichte des Mittelalters bis in's 14. Jahrhundert. Wiederholung der Kaisergeschichte Roms. 3. Hr. Dir. Gerlach. — Physik. Wärme, Elektrizität, Magnetismus, Optik. 1. Hr. Dr. Lilienthal. — Singen. 1. Hr. Seminar-Lehrer Wilhelm.

Sekunda.

Deutsch. A. Metrik nach Gotthold, Aufsätze, Uebungen im mündlichen Vortrag. 3. Hr. Kandidat Lilienthal. B. Die Formen der Prosa, Figuren, Synonymen. Aufsätze, Deklamation. 3. Hr. O. L. Dr. Kruge. — Latein. A. Virgil. Aen. IV. V. 2. Prof. Biester. B. Virg. Aen. I. II. 3. Derselbe. A. Livius XXI. XXII. Hr. O. L. Lingnau. B. Cic. pro Archia und die Catilinar. Reden. 3. Hr. Dr. Bumke. Grammatik und latein. Styl, Memorirübungen, in jeder Abtheilung 3 St., in A. Hr. O. L. Lingnau, in B. Hr. Dr. Bumke. — Griechisch. A. Hom. Odyss. V. VI. und VII, init. 2. Prof. Biester. B. Hom. Odyss. I. II. Hr. Dr. Bumke. A. Xenoph. Cyropaed. 3. Hr. O. L. Braun. B. Xenoph. Anabasis 3 — 5 Buch. 3. Hr. Dr. Bumke. Grammatische Uebungen nach Halm. 1. St. in A. Hr. O. L. Braun, in B. Hr. Dr. Bumke. — Hebräisch. Grammatik nach Gesenius, Uebersetz. leichterer Bibelabschnitte. 2. Hr. R. L. Augusthat. — Französisch. A. und B. Télémaque, 18 — 21. Buch; die unregelmäss. Zeitwörter. 2. Hr. O. L. Lingnau. — Religion. a. Für die katholischen Schüler. Die Lehre von den h. Sakramenten. 2. Hr. R. L. Augusthat. b. Für die evangelischen Schüler. Die Apostelgeschichte, die kleinen Paulinischen Briefe und die Briefe Petri deutsch gelesen, in steter Beziehung auf Glaubens- und Sittenlehre. 2. Hr. Pf. Bock. — Mathematik. A. Unendliche Reihen, Kombinationen, binom. Lehrsatz, Trigonometrie, Wiederholungen. 3. Hr. Dr. Lilienthal. B. Progressionen, Aehnlichkeit, geometr. Aufgaben. 3. Derselbe. —

Geschichte der alten Welt. 2. Hr. Dir. Gerlach. — Physik. Die Lehre von der Luft, Friktions- und Kontaktelektrizität, Magnetismus, Elektromagnetismus. 1. Hr. Dr. Lilienthal. — Singen. 1 St. Für den Kirchengesang eine besondere Stunde mit Schülern anderer Klassen.

Tertia.

Deutsch. A. Grammatik nach Götzinger; Theorie des Styls, besonders des erzählenden und beschreibenden; schriftliche und mündliche Uebungen. 3. Hr. Dr. Kruge. B. Grammatik, allgemeine Eigenschaften des Styls, Brief- und Geschäftsstyl, Aufsätze, Deklamationen. 3. Derselbe. — Latein. A. Ovid. Metam. l. IX—XV nach Nadermann's Ausgabe. 2. Hr. H. L. Brandenburg. Jul. Caes. B. G. III—VII, Memorirübungen, Grammatik nach Zumpt und Uebungen aus Dronke u. a. 6. Hr. O. L. Lingnau. B. Ovid. Metam. I—V in Nadermann's Ausgabe. 2. Hr. Dr. Fuuge. Caes. B. G. l. I. Corn. Nep. 7 Biographien, Zumpt Syntax der Modi und Tempora, Uebungen aus Dronke. 7. Hr. Dr. Saage. — Griechisch. A. Xenoph. Anab. IV bis VI. Grammatik, Uebungen nach Halm. 6. Hr. O. L. Lingnau. B. Jakobs Elementarbuch, das Verbum, und zwei Kap. aus Xen. Anab. Buttmann die Verba auf $\mu\iota$, Uebungen aus Halm. 4. Hr. Dr. Saage. — Französisch. A. Heckers Lesebuch II, 100—VI, 6; Grammatik bis zur Syntax. 2. Hr. Dr. Lilienthal. B. Aussprache, Grammatik, Uebersetzen aus Heckers Lesebuch. 2. Hr. Dr. Fuuge. — Religion. a. Für die katholischen Schüler. Glaubenslehre. 2. Hr. R. L. Augusthat. b. Für die evangelischen Schüler. Das 1. und 2. Hauptstück aus Luthers Katechismus, in Verbindung mit Bibellesen. Sprüche und Lieder wurden gelernt. 2. Hr. Pfarrer Bock. — Mathematik. A. Rechnung mit Wurzelgrössen, quadratische Gleichungen, Figuren in und um den Kreis, Uebungen. 3. Hr. Dr. Kruge. B. Potenzen, Wurzelausziehung, einfache Gleichungen, Lehre vom Kreise. Uebungen und Wiederholungen. 3. Derselbe. — Geschichte und Geographie. A. Geschichte von Brandenburg bis 1789. Geographie des Preussischen Staates. 2. Hr. Dr. Bumke. B. Geschichte von Deutschland bis zum 30jährigen Kriege. Geographie von Deutschland. 2. Derselbe. — Naturgeschichte. Amphibien, Fische, Gliederthiere, Botanik. 2. Hr. Dr. Saage. — Singen. 1.

Quarta.

Deutsch. Satzlehre; Leseübungen, Deklamation; schriftliche Uebungen in Beschreibung und Erzählung. 3. Hr. Kandidat Lilienthal. — Latein. Cornel. Nepos. drei Biographien. Syntaxis casuum nach Zumpt, Uebersetzen aus dem Deutschen nach Dronke. 8. Derselbe. — Griechisch. Buttmann bis zu den Verbis auf $\mu\iota$. Beispiele aus Jakobs Elementarbuch. 5. Derselbe. — Religion. a. Für die katholischen Schüler. Biblische Geschichte bis zu Ende nach Kabath. Sittenlehre und Lehre von den h. Sakramenten. 2. Hr. R. L. Augusthat. b. Für die evangelischen Schüler. Mit Tertia verbunden. — Mathematik. Dezimalbrüche, entgegengesetzte Grössen, Buchstabenrechnung, Planimetrie bis zur Lehre vom Kreise. 4. Hr. Dr. Lilienthal. — Geschichte. Uebersicht der orientalischen Geschichte bis Alexander d. Gr. 1. Hr. Kandidat Lilienthal. — Geographie der europaeischen Staaten. 1. Hr. Dr. Bumke. — Naturgeschichte. Säugethiere, Insekten. 2. Hr. Dr. Saage. — Schreiben. 2. Hr. Zeichenlehrer Höpffner. — Singen. 1.

Quinta.

Deutsch. Der erweiterte Satz, Leseübungen aus Hüllstett, Orthographie, kleine Aufsätze in erzählender Form. 4. Hr. H. L. Brandenburg. — Latein. Formenlehre, August's Vorübungen ganz ins Latein. übersetzt, das Tirocinium von O. Schulz gelesen und die Gespräche daraus memorirt. 8 Derselbe. — Religion. a. Für die katholischen Schüler. Biblische Geschichte. Glaubenslehre und das kathol. Kirchenjahr. 2. Hr. R. L. Augusthat. b. Für die evangelischen Schüler. Kathechesen über die 3 ersten Hauptstücke. Bibelsprüche und Liederverse, so wie die 5 Hauptstücke, wurden gelernt und biblische Geschichten aus Kohlrausch zu Hause gelernt und in der Schule erzählt. 2. Hr. Pfarrer Bock. — Rechnen. Proportionslehre, Rechnungen des bürgerlichen Lebens, geometrische Anschauungen. 4. Hr. Dr. Kruge. — Geschichte. Erzählungen aus dem Alterthum. 1. Hr. H. L. Brandenburg. — Geographie, mathematische und physische, und Uebersicht aller Welttheile. 1. Hr. Dr. Bumke. — Naturgeschichte. Vögel, Insekten. 2. Hr. Dr. Saage. — Schreiben 4 und Zeichnen 2 St. Hr. Höpffner. — Singen. 1.

Sexta.

Deutsch. Der einfache Satz, Uebungen in Orthographie und Lesen. — Latein. Formenlehre, Uebersetzen aus dem Tirocinium von O. Schulz. 12. Hr. O. L. Braun. — Religion. a. Für die katholischen Schüler. Biblische Geschichte, Einübung und Erklärung von Bibelstellen. Katechesen über die wichtigsten Lehren. 2. Hr. R. L. Augusthat. b. Für die evangelischen Schüler. Mit Quinta zusammen. — Rechnen. Rechnen mit benannten Zahlen, Brüche, Anfang der Proportionsrechnung. 4. Hr. Dr. Lilienthal. — Natur- und Erdkunde. Allgemeine Beschreibung der Erde und einzelner Gegenstände auf ihr. 2. Hr. Dr. Fuuge. — Schreiben 4, Zeichnen 2. Hr. Höpffner. — Singen. 1.

Der Unterricht in der polnischen Sprache wurde für Schüler der obern Klassen von Hrn. Brandenburg ertheilt.

II. Schulchronik.

1. Das Schuljahr, über welches dies Programm berichtet, wurde am 21. Septbr. 1843 mit einem feierlichen Gottesdienste begonnen. In den vorhergehenden Tagen waren die neu aufzunehmenden Schüler geprüft.

2. Mit Beginn des Schuljahres trat der Kandidat des höheren Schulamtes, Herr Dr. Franz Fuuge, ein ehemaliger Zögling unserer Anstalt, bei uns ein, um sein Probejahr hieselbst abzuhalten.

3. Am 15. Oktober 1843 wurde zum hohen Geburtsfeste Sr. Majestät des Königes ein feierlicher Gottesdienst gehalten; die Festrede im Gymnasium hielt Herr Oberlehrer Dr. Kruge.

4. Mit dem Ende des Schuljahres verliess Herr Kandidat Wilhelm August Lilienthal, nachdem er zwei Jahre lang unser rüstiger Mitarbeiter gewesen war, diesen Ort, um einer Berufung an das Gymnasium in Culm Folge zu leisten.

III. Statistische Uebersicht.

Am Ende des Schuljahres 1842 — 1843 betrug die Zahl der Schüler 277. Neu aufgenommen wurden 59; abgegangen, incl. der Abiturienten des Herbstes 1844, sind 69, mithin war am Schlusse des verwichenen Schuljahrs die Schülerzahl 267, und zwar in I. 20, in II. A. 20, in II. B. 32, in III. A. 36, in III. B. 35, in IV. 35, in V. 58, in VI. 31.

Zu Ostern wurde unter dem Vorsitze des Königlichen Schulraths, Professors, Ritters Herrn Dr. Lucas eine Maturitäts-Prüfung abgehalten, in welcher **Joseph Tietz** aus Lauterhagen, Kr. Heilsberg, das Zeugniss der Reife erhielt, welcher erklärte Theologie in Braunsberg studiren zu wollen.

Nach der am 12. und 13. Juli unter dem Vorsitze desselben Königlichen Kommissarius abgehaltenen Prüfung wurde von 8 Primanern folgenden 6 das Zeugniss der Reife ertheilt:

Namen.	Geburtsort.	Aufenthalt in I.	Gewähltes Facultäts-Studium.	Ort, wo sie studiren wollen.
Jakob Acklin	Zeisgendorf, Kr. Stuhm	2	Theologie	Braunsberg.
August Harwardt	Frauenburg	2	Theologie	Braunsberg.
Johann Hippler	Preuss. Eylau	2	Theologie	Braunsberg.
Rudolf Langwald	Frauenburg	2	Theologie	Braunsberg.
Hermann Optacy	Braunsberg	3	Jura	Königsberg.
August Schwark	Bischofstein	2	Theologie	Braunsberg.

Die Bibliothek ist ausser der Vermehrung aus dem etatsmässigen Fond noch durch mehrere Geschenke des Königl. Hohen Ministeriums der geistlichen, Unterrichts- und Medizinal-Angelegenheiten bereichert worden, welche wir mit dem lebhaftesten Dank empfangen haben.

IV. Ordnung der Prüfung.

Montag den 12. August 1844. Vormittags 8 — 12.

Sexta. 1. Latein und Deutsch. Hr. O. L. Braun.
2. Geographie. Hr. Dr. Fuuge.

Quinta. 3. Latein und Deutsch. Hr. H. L. Brandenburg.
4. Naturbeschreibung. Hr. Dr. Saage.

Quarta. 5. Latein. Hr. H. L. Lilienthal.
6. Griechisch. Derselbe.
7. Mathematik. Hr. Dr. Lilienthal.

Tertia. 8. Latein B. Hr. Dr. Saage.
9. Mathematik. Hr. Dr. Kruge.
10. Geschichte. Hr. Dr. Bumke.
11. Französich. Hr. Dr. Fuuge.

Nachmittags 2 — 4.

Secunda. 12. Latein. Hr. Dr. Bumke.
13. Griechisch. Hr. O. L. Braun.
14. Geographie. Hr. Dr. Bumke.

Prima. 15. Mathematik. Hr. Dr. Lilienthal.
16. Griechisch. Prof. Biester.
17. Latein. Derselbe.

Schlussfeierlichkeit.

Dienstag den 13. August. Vormittags 9 Uhr.

1. Chor von Schnabel.
2. Entlassung der Abiturienten durch Prof. Biester.
3. Chor von B. Klein.
4. Abschiedsrede, gesprochen von dem Abiturienten Hippler.
5. Chor von Pixis.
6. Bekanntmachung der Translokation der Schüler.

Das neue Schuljahr begann mit dem 23. September. Zur Prüfung neu aufzunehmender Schüler war der 20. und 21. September bestimmt.

Wenn das gegenwärtige Programm unsrer Anstalt lange nach dem vorgeschriebenen Zeitpunkte ausgegeben wird, so liegt der Grund davon in zwei störend eintretenden Krankheitsfällen. Herr Oberlehrer Lingnau, dem die Abfassung der wissenschaftlichen Abhandlung oblag, war in der letzten Hälfte des vorigen Sommers so leidend, dass er die Arbeit nicht zum Drucke fertig zu liefern vermochte; gleichzeitig war auch des Herrn Direktors Gerlach Gesundheitszustand der Art, dass er von den Geschäften entbunden werden musste, um in ländlicher Musse seine Kräfte wo möglich wiederzugewinnen. Herr O. L. Lingnau gelangte glücklicherweise wieder zu der früheren Rüstigkeit, und nach Eröffnung des neuen Schuljahrs konnte der Druck seiner Abhandlung beginnen; anders sollte es mit des Herrn Direktors Krankheit werden. Derselbe trat zwar mit dem Schuljahre wieder die Verrichtungen seines Amtes an, doch seine Gesundheit war offenbar erschüttert, und bald zeigte sich, dass das Uebel, welches sich bisher bloss als asthmatische Beschwerden kund gegeben hatte, ein organisches und mithin unheilbares, eine Erweiterung des Herzens, sei. Vom 27. November an, wo die Krankheit zuerst in ihrer gewaltsamen, augenblicklichen krampf-

haften Tod drohenden, Charakter annahm, hat der treffliche Mann die Räume der Schule nicht mehr betreten; am 21. Januar d. J. endete der Tod die qualvollen Leiden, welche er wochenlang mit seltener Resignation und mit der liebenswürdigsten, ächt christlichen Sanftmuth getragen hatte.

Maria Gideon Gerlach, Doktor der Philosophie, Direktor des Gymnasiums, Professor am Lyceum Hosianum, Ritter des rothen Adlerordens vierter Klasse, war den 19. Mai 1789 zu Breslau geboren. Nachdem seine Schulbildung auf dem katholischen Gymnasium seiner Vaterstadt vollendet worden war, bezog er sehr jung die zu jener Zeit in Breslau noch bestehende Universitas Leopoldina, welche bald darauf der vollständigen, von Frankfurt a. d. O. dahin übersiedelten Universität weichen sollte. Er hatte nach der damals dort geltenden Sitte bald nach Beginn seiner akademischen Laufbahn sich den Grad eines Baccalaureus der Philosophie erworben, und hatte als solcher Gelegenheit, sein früh entwickeltes Rednertalent bei Gelegenheit eines akademischen Traueraktus zu zeigen, welcher in der Aula der Universität beim Ableben der hochseligen Königin Louise gefeiert wurde. Seinen ursprünglichen Plan, sich der Theologie zu widmen, hatte er bald aufgegeben, als er erkannte, dass sein wahrer Beruf sei, als Schulmann zu wirken. Ein Jahr lang bezog er darauf noch die Berliner Universität, wo er F. A. Wolf, Buttmann, Schleiermacher und Fichte hörte. Im folgenden Jahr ward er von Berlin nach Braunsberg geschickt, wo eben damals, im J. 1811, die Reorganisation des Gymnasiums bewerkstelligt wurde. Statt des früheren Jesuiten-Gymnasiums, von dessen Geschichte und innerer Gestaltung Gerlach später in zwei Programmen ein so lebendes Bild entwarf, war ein Interim eingetreten, welchem die Behörden eben damals durch Berufung wahrhaft wissenschaftlich gebildeter Lehrer, und durch Gleichstellung mit der Verfassung der übrigen preussischen Gymnasien, ein Ende machten. Johann Heinrich Schmülling, jetzt Domherr, Konsistorialrath und Regens des Priesterseminars in Münster, wurde als Direktor an die Spitze der umgeformten Anstalt gesetzt; von andern Lehrern sei Farwick erwähnt, ein tüchtiger Mathematiker, in Münster gestorben, ferner Joseph Kabath, jetzt Direktor am Gymnasium zu Gleiwitz, und Joseph Müller, welcher vor wenig Jahren als Direktor zu Glatz starb. Gerlach, der jüngste von allen, empfahl sich der Anstalt bald durch sein ausgezeichnetes Lehrertalent, wie er andrerseits durch Anmuth

der Sitten und Gewandtheit im Umgange dem gebildeten Kreise der Braunsberger Gesellschaft sehr werth wurde und innige Freundschaft mit vorzüglichen Männern knüpfte, von denen er manche überlebte, (wir wollen blos Johann Östreich, die bedeutendste Persönlichkeit jener Zeit, nennen), während Andere ihm noch jetzt treue Anhänglichkeit bis über das Grab hinaus bewahren.

Gerlach umfasste, vom Antritte seines Amtes an, die Obliegenheiten desselben mit rastlosem Eifer, und erfüllte sie mit hervorstechender Geschicklichkeit. Besonders aber seitdem er 1827 in die Stelle des nach seiner Heimath berufenen Direktors Schmülling eintrat, wandte er fast jeden Gedanken seiner ganzen Seele dem neuen Wirkungskreise zu. Seine älteren Freunde wissen es, wie sehr er sich seitdem der Geselligkeit, zu der er so reich ausgerüstet war, wie sehr er sich allen andern geistigen Bestrebungen entzog, welche nicht in unmittelbarer Berührung mit der Leitung der Anstalt standen. Sein ganzes Leben ging in seinen Beruf auf, was gewiss das sicherste Mittel ist Tüchtiges zu leisten, vielleicht auch das sicherste Mittel sein inneres Glück zu gründen. Gerlach wenigstens hat kein anderes Glück gesucht, als welches aus der Ausübung seiner Pflichten hervorging, und er war so mit Leib und Seele Schulmann, dass in der grössten Schwäche seiner letzten Krankheit nur die Erwähnung unserer Schule seine getrübte Aufmerksamkeit erwecken, seinen matten Blick beleben konnte.

Was er uns war, weitläuftig zu schildern, dazu ist der Schmerz noch zu frisch und sein Andenken noch zu lebendig, nicht blos bei uns, den letzten Zeugen seines Wirkens, sondern bei einer ganzen Generation von Zöglingen, welche er zum praktischen Leben vorbereitet hat, und welche jetzt, namentlich im Ermland, aber auch in weiterer Ferne, zum Theil auf hohen Standpunkten des Staats- oder Kirchendienstes oder der wissenschaftlichen Laufbahn, sich befinden. Allen diesen ehemaligen Zöglingen Gerlach's wird das Bild des geistreichen lebendigen Lehrers unvergesslich bleiben, welcher philosophische Schärfe des Denkens mit geschmackvoll durchgebildeter Form des Ausdrucks verband, welcher so gemüthlichen Antheil an jedem ihrer Bedrängnisse nahm, welcher Schwächen und Fehlern sorgsam und mit weiser, gewinnender Milde abhalf, welchem Fördern und Helfen die grösste Freude war. Er hat Unzähligen wohl gethan, und hat sein ganzes Leben hindurch an sich zuletzt gedacht.

Wer ihn näher kannte, der weiss, wie anziehend die Vereinigung hoher Intelligenz, praktischer Gewandtheit und kindlicher Gutmüthigkeit ihn machte. Den vorgesetzten Behörden hat er sich theils durch eine seltene geschäftsmännische Tüchtigkeit, theils durch die unverkennbare Lauterkeit seines Strebens, und die Gediegenheit seiner Leistungen empfohlen. Männer wie Dinter, Herbart, Jachmann, der Fürstbischof Hohenzollern, der Bischof von Hatten, jeder in seiner Art ausgezeichnet bei aller Verschiedenheit unter einander, haben ihm das höchste Vertrauen, die innigste Achtung und Freundschaft zugewandt. Es sei erlaubt noch zu erwähnen, dass Herr Schulrath Lucas, welcher von Königsberg zum Begräbnisse herüberkam, am nächsten Schultage in unser Prima eintrat und den Schülern dieser Klasse die Verdienste des Verewigten und die Grösse unsres Verlustes in einem ausführlichen, beredten und von der Wärme der Freundschaft beseelten Vortrage an's Herz legte, und sie belehrte, auf welche Weise sie das Andenken des theuren Mannes würdig ehren könnten. Möge sein Gedächtniss, möge der Geist seines Wirkens in uns nie erlöschen!

Prof. Biester.

Druckfehler.

S. 8. Z. 2 v. u. l. opto st. apto.
S. 8. Z. 7 v. u. l. Silius st. Silvius.